# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Societas a
## cum fonte primo

Nullo modo fit minor
accedente siue permanente consorte
possessio bonitatis, immo
possessionem bonitatis,
quanto lacius tanto concordius
indiuidua sociorum possidet caritas.
Non habebit denique istam
possessionem qui eam noluerit habere
communem, et tanto eam reperiet
ampliorem, quanto amplius sibi potuerit
amare consortem.

Augustinus de ciuitate Dei.

Nullo enim modo fit minor
accedente seu permanente consorte
possessio bonitatis, immo
possessio bonitas,
quam tanto latius, quanto concordius
indiuidua sociorum possidet caritas.
Non habebit denique istam
possessionem, qui eam noluerit habere
communem, et tanto eam reperiet
ampliorem, quanto amplius ibi potuerit
amare consortem.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 15, 5 (CCSL 48, B. Dombart ed., p.458, ll.26-32).